

captus fuit, & convictus plenè de nece: sed qua de causa patraffet prorsus ignoratur, cum neque commercium, neque cognitionem cum occiso habuisset. Et quia delinquere, sine causa nemo præsumatur, mandato, sive assassinio id tribuendum videbatur; quia quando percussor certus est, & ratio delinquendi non apparet, præsumi debet intuitu alterius per assassinium deliquisse, ex hoc solo venit reus quæstioni ponendus, Text. in l. si percussor certus ff. ad Silaniam. ibi: & si percussor certus sit, tamen habenda quæstio est, ut cadis mandator inveniantur. Docet pluribus Farin. q. 27. n. 154. de quo dixi 2. de regimine. c. 8. §. 8. n. 40. Eodem die quæstioni positus confessus fuit mandato cujusdam, pudicitiam uxoris occisi tentantis, & pecuniæ certa quantitate promissa maleficio patraffe, sed nihil ex promissis recepit, præter instrumentum ipsum cum quo crimen consummavit. Comprobatis extremis confessionis, & causa celeriter conclusa dubitabatur an tantquam Assassinus puniendus esset.

Juri civili Romanorum incognitum fuit assassinii nomen, sed non crimen. Nam in primis plura jura repertiuntur punitionem æqualem mandantis, & mandatarii inducentia, Text. in leg. 3. §. item is cuius, l. nihil interest. ff. ad leg. Corn. de scar. l. 1. §. dejecisse, ff. de vi & vi armat. l. §. si. ff. quod vi, aut clam, l. §. in princ. ff. ne quis eum qui in jus vocat. vi exim. l. 1. §. 1. ff. de eo per quem fact. erit quomin. quis in jud. ff. l. minorib. 6. C. de his quib. ut indig. l. non ideo §. C. de accusat. l. defuncti. §. C. si reus, vel accusat. mort. sue. l. nostri §. C. de calum. probat latè Ant. Matthæus de crim. in proleg. c. 1. n. 11. Et de mandato, atque pretio Text. in l. Cicero 39. ff. de pen. quo Triphonin. sic ait: quod ab heredibus secundis accepta pecunia partim sibi medicamentis ipsa abegisset, Text. in l. non solum, §. si mandato, ff. de injur. l. venales, C. quand. provoc. est necess. quibus in juriis Bartol. præcipue in d. l. Cicero, & in d. l. non solum, §. si mandato, n. 14. docet de assassiniis intelligenda esse, sed pœna specialis imposita non reperitur; solum apparet gravius puniti qui pecunia mediante delictum committit: nam in d. l. Cicero, mulieri ex alia causa procuranti abortum pœna exilii temporalis imponitur; at in abigente pecunia accepta, pœna capitalis: tract. de materia latè Far. q. 27. ex. n. 1.

De jure canonico certum est eognitum nomen assassinatorum, & punitum acerbissimè crimen, pluribus specialitatibus contentis in c. de homicid. in 6. ubi communiter Doctores & signanter August. Barbof. in collect. ad hunc Textum quo plura de more congerit. De origine autem assassinatorum, & quæ gens illa esset plura cumularunt Menoch. d. ar. bar. cas. 360. num. 41. cum segg. Covarr. 7. lib. 2. var. cap. 20. n. 9. & Petrus Planz. in epit. delictor. c. 19. n. 3. Don Joan. Vela de pen. delict. c. 3. n. 1. & novissimè Ant. Matthæus lib. 48. ff. tit. 5. cap. 1. n. 3. quæ quia nota sunt, ideo non transcribuntur.

Hispaniæ jura pariter notum habent nomen & crimen assassinii, ut latè describitur in l. fin. tit. 27. part. 7. ubi Gregor. Lopez gloss. 1. qui quidem & Petrus Plaça ubi supra notam obscuritatis huic legi tribuunt, quamvis meo iudicio si ad substantiam rei verba referamus, neque aliquid obscuritatis continent, neque in ea aliquid deficit ad hoc ut clarè quid cautum sit in ea, percipiatur. Et licetè communiter per scribentes notetur assassinium in sua origine committi per illam gentem nefariam, & infidelem, quæ fideles incautos jussu sui Principis necabant. Tamen hodie assassiniis communiter dicitur, quicumque mediante pretio præmiève, aut homines necat, aut necare mandat, quia sub eo nomine tam mandans, quam mandatarius comprehenditur, ut pluribus probant Far. d. q. 123. n. 18. cum segg. & Barbofa in collect. ad c. 1. n. 6. & 7. quos omnes sequuntur fermè; imò & mediator, seu proxeneta, vel persuasor, qui jussu mandantis sicarios quærit, pariter assassini vocatur ex decis. Text. in l. si ego, 6. ff. quod vi aut clam. probat latè. Giurba conf. 7. n. 7. cum segg. de quo infra.

His positus dicebatur hunc reum assassinum non esse, neque teneri ea pœna. Primò quia non serat ex illa gente nefaria, quæ jussu sui Principis fideles proditorè necat ob quod non teneri eis pœnis probat Covarruvias var. lib. 2. cap. 20. n. 10. vers. sed ut ad assassinos redcam, quem sequuntur Petrus Plaça in epit. delictor. cap. 19. num. 1. Alciat. conf. 11. num. 1. relati per Decian. lib. 9. crim. c. 90. num. 1. Hier. Gabriel. conf. 270. n. 6. lib. 1. Brun. à Sole. quæst. legal. 34. num. 2. cum segg. & alii relati per Farin dict. q. 123. num. 21. sed in hac specie deficiebat ista qualitas

refert casus in quibus pœna capitalis imposita fuit in civitate Neapoli, & in aliis Italiae locis, & concludit in Senatu Mediolanensi pœnas capitales impositas vidisse, Caball. cas. 97. num. 1. de nobili Neapolitano refert capite plexum fuisse ex crimine attentato, & de homicid. numer. 505. plures alios casus enumerat ab aliis Doctoribus relatos Joan. Bapt. de Thoro, Giurba & cæteri superius laudati consuetudinem condemnandi ex ictu tormenti, licet mors nec vulnus sequatur, referunt; quare cõruit quidquid dictum fuit de generali consuetudine: sed supponamus, quod adit ea, intelligenda est quoad conatum in actu remoto, non in actu proximo, & immediato, neque quando conatus factus fuit crimen speciale; nam in his casibus puniti pœna ordinaria Farinacius ipse docuit, ubi supra & Zevallos, quæst. 440. num. 15. Guazzin d. cap. 24. num. 6. vers. & tamen dispositio. Præterquam quod in parricidio hoc specialiter cautum est, ut probat Ant. Matth. d. tit. 6. cap. 1. n. 7. & in assassinio fatetur Clarus, d. §. Assassinium n. 7.

Ex quibus omnibus cum patricidii crimini superaddita fuisset assassinii qualitas prava & immanis; & ipsi, infidiosa conditio armorum, atque reiterata voluntas occidendi locerum, quem primum vulneraverat non leviter, demum tormenta in eum explosit, ac tandem assassinos conduxit qui eum necarent, ex quo pravus animus, atque incorrigibilis voluntas deprehendebatur: Decisum fuit capite plectendum modo ordinario, quia acerba circumstantia pœnæ patricidii effectu non secuto imponi non debet; & sic pronuntiarum sententia, diei 15. Januarii anni 1660. quæ executioni mandata fuit; die 15. ejusdem mensis, actuante Petro Marron tunc Aule Officiali, & Scriba.

CONTROVERSIA XIV.

De nece Judicis Ordinarii, & de pœna ex eo crimine debita.

SUMMARIUM.

Facti species narratur.
Pœna debita occidenti Judicem apud Doctores incerta est.

3. Judicem occidens, pœna legis Julia majestatis teneri aliqui docent.
4. Judicem occidens, ut pœna legis Julia teneatur, requiritur quod Judex merum & mixtum imperium exercent.
5. Vicarii Prætorum provinciarum vulgò Tenientes, aut Alcaldes majores, del Corregidor, merum & mixtum imperium exercent.
6. De jure Hispano idem procedere videtur.
7. Judicem occidens, pœna legis Pompeia de parricidis videtur teneri.
8. Judices parentum loco haberi debent ab omnibus quibus jus dicunt.
9. Lex Julia majestatis de Magistratibus urbis solum disponebat tempore republicæ, apud quos omnis residebat majestas.
10. Imperatorum tempore lege Julia solum comprehensè reputabantur Senat. res & Consilarii in Consistorio Principis residentes.
11. Lex part. de Consiliariis Supremis, & Præfectis Regiæ domus, & Curia loquitur.
12. Præfecti Regiæ Domus, & Curia in his æquiparati reputantur Supremis Consiliariis.
13. Prætor Matriti & Vicarii illius non habent potestatem judicandi in Curia, sed in villa & illius districtu.
14. Injuria Judicum, & cæterorum officialium Regis, regulanda est juxta qualitatem personæ injuriantis, & injuriata secundum legem.
15. Pœna occidentis, vulnerantis, vel capientis judices supremos, & n. 17.
16. Quoad Judices inferiores, levior pœna imposita est.
18. Occidens Judicem inferiorem non tenetur pœna legis Julia majestatis.
19. Pœna acerba occidentis judicem non subintrat si mors inferatur ex inimicitia privata officium non tangente.
20. Vulnerans Præfectum Regiæ Domus & Curia dum exercet jurisdictionem, urbem noctu lustrando, vulgò Rondando pœna capitalis est plectendus.
21. Decisio Aula in vulnerante Præfectum Regiæ Domus, & Curia.
22. Judicem inferiorem occidens non tenetur pœna parricidii.
23. Lex Pompeia factus naturale tuebatur.
24. Pœna legis Pompeia præterquam in parentibus & Avibus utriusque sexus eadem est cum pœna legis Cornelia de Sicariis.

- 25 Patres solum Senatores nuncupati fuerunt.
- 26 In Hispania speciali poena occidentes Judicem inferiorem plectuntur.
- 27 Auxiliator in ipso delicto scienter, & deliberatè, eadem poena plectitur.
- 28 Poena exacerbatur ex qualitate persone occise, tam de jure communi, quam Hispano.
- 29 Judicis qualitas in persona injuriam passa, aggravat poenam.
- 30 Deciso Aula.

HOST agitationem Taurorum celebratam in hac summa Curia die 29 Julii, anni 1664. Licentiatius Don Franciscus Ramirez de Bergas Judex ordinarius hujus Regie urbis, sive Vicarius Prætoris ipsius, vulgè Teniente del Corregidor, vehiculo honorifico, vel Carruca vehebatur ad domum cum familia jam nocte ruente, accessit quidam ad vehiculum, diocens Domine, Domine, & dum ille quid vellet quaesisset, ictu pugionis per eundem vulneratus statim occubuit. Captus aliquibus mensibus clapsis Andreas Carolus Tort Saguntinus, legitimis indicis præcedentibus, ad torturam in caput proprium & alienum fuit condemnatus, qui in conspectu equulei positus, confessus fuit quod Hiacyntus Patiño Conquensis, cum vocavit ad hoc facinus parrandum per assassinium, & illo comitante, eo animo, ut si iustitie ministri in aggressorem insurgerent, opem præstaret ad evadendum illorum manus, ad executionem deductum fuisse.

- 2 Quærebatur qua poena puniendus esset, quia res dubia videbatur ex eo quod aliqui Doctores tenent simile maleficium comprehendere sub dispositione legis Juliae majestatis, juxta decisionem Ulpiani, in l. 1. §. 1. ff. eo tit. ibi: *cujusve opera, consilio, dolo malo consilium initium erit quo quis Magistratus Populi Romani, quive imperium, potestatemve habet, occidatur*, per quem Textum sic pluribus relatis tenent Farin. *quæst.* 112. num. 136. & Bajardus ad Clar. in §. *læsa majestatis*, num. 1. *vers. septimo*, qui quidem solum requirunt, quod occisus exerceat merum, & mixtum imperium, quod latius explicat idem Farin. *ubi proxime*, num. 147. quo restatur de communi. Quæ circumstantia verificatur in

Vicario Prætoris occiso, cum eandem jurisdictionem merum & mixtum imperium obtineat, ac ipse Prætor Aviles in cap. 4. Prætor. *Gloss. Justitia*, num. 21. Bobadilla, lib. 1. *polit. cap. 12. numer. 6. junct. cap. 2. num. 31. & lib. 4. cap. 5. numero 5.*

De jure Hispano eadem conclusio probari videtur per Text. in l. 1. *versiculo la octava, tit. 2. part. 7.* ibi: *o de los Judgadores que han poder de judgar por su mandado en su Corte*: ubi Gregor. Lopez, *Gloss. 12.* quod confirmatur, ex l. 1. *tit. 16. part. 2. & ex l. 142. cum segg. in l. styli, ubi Christophor. de Paz*, ex quibus etiam læsæ commissum videbatur, quod ultra Farin. & Bajardum tenuerunt Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 20. num. 23.* Mastril. *de Magistrat. lib. 5. cap. 3. num. 53.* quia ea quæ dixit, de Magistratu minimo intelligenda esse supponuerat, *ibid. num. 6.* in quam sententiam inclinasse Boër. videtur, *decisione 221. numero 2. & 3.* & Bobadilla *lib. 3. c. 1. num. 2.*

Alii tenuerunt parricidium committi per occidentem Magistratum vel judicem, quia patris loco habetur Textu, in *Authent. de mandat. Princip. collat. 3. cap. 5. §. tamen in fin.* ibi: *paternam eis exhibens providentiam*, melior Text. in cap. 1. 23. *quæst. 1.* quo Divus Augustinus sic dixit: *imple christiane Judex patris officium.* Magistratus enim patres in Republica Romana vocati fuerunt, ut scripsit Lipsius, *lib. 1. histor. plurib.* probat Xamar, *de officio Judicis, part. 1. quæst. 1. num. 47.* ob quod parricidium committi Judicem occidendo tenuerunt Aecurs. in *aud. authent. de mandat. Princip. Plaça, in epis. delictor. cap. 22. numero 22.* & aliis relatis Farin. *quæst. 120. numero 120.*

Sed his non obstantibus neque majestatis neque parricidii crimen committi Judicem occidendo, tenendum est. Non enim majestatis, quia Ulpianus, in d. l. 1. §. 1. de Magistratibus Populi Romani locutus fuit, apud quos summa rerum, & tota majestas imperii reperiebatur. Quod immutatum fuit quando in Principem cuncta translata fuere; ob quod Imperatores Arcadius & Honorius, in leg. *quisquis 5. in princ. Cod. ad leg. Jul. majest.* solum de hoc crimine teneri constituerunt offendentes supremos Consiliarios qui in Consistorio ipsius Principis assidebant, ut habetur

qualitas: ergo non fuit commissum assassinium.

- 11 Secundo, quia ad assassinium requiritur, etiam si latè vocabulum sumatur, quod pretium, vel præmium datum sit, ut probat Text. in d. l. Cicero, & in d. c. 1. de homicid. in 6. & ibi Doctores Masfull. ad Capic. *decis. 112. num. 1.* Muscatell. in *prax. tit. de assass. n. 61.* Joan. Faber. in l. *qui cum telo, num. 3. & 4. C. ad l. Cornel. de sicar. Decian. d. lib. 9. cap. 30. num. 13. in fin.* Joan. Bapt. de Thoro in *Cod. de ver. judic. cap. 60. num. 31.* Alciat. *dict. cons. 11. num. 17.* & alii relati per Farin. *d. q. 123. n. 19. & 39.* & per Giurbam *d. cons. 7. n. 1.* Ergo cum hic reus nil accepisset, videbatur nequaquam assassinium per ipsum commissum fuisse. Quod de jure Hispano pariter procedere videtur, quia in d. l. *fin. tit. 27. part. 7.* expressè dicitur, *que los assassinos, e los otros homes desesperados que matan los homes por algo que les den*, quæ verba effectum pretii dati desiderant, præsertim in materia odiosa, & pœnali qualis est hæc de qua agimus.

- 12 Sed contrarium suadet ex eo quod essentia hujus criminis juxta communem, & receptam sententiam consistit in eo, quod addit mandans homicidium, qui conductor à jure civili dicitur, & mandatarius, qui & locator est, cum expressa conventionione de pretio, vel premio d. l. non solum, §. si mandato, & ibi Bartol. num. 13. & 14. Farin. *d. q. 123. n. 1.* & sic quoties concurrat conventio de pretio, sive id sit pecunia, sive in alia quavis re æstimabili ejus traditio non pendeat ab aliena voluntate verum crimen assassinii committitur, ut docent Bartol. in d. l. Cicero, & in d. l. non solum, §. si mandato, num. 14. Paul. de Castre. in l. 1. §. ut ff. de eoper quem fact. erit, Baldus & Salicet. in d. l. non ideo, *Cod. de accusat. Grammat. vot. 9. num. 3.* Carrer. in *prax. tit. de homicid. & assass. §. circa igitur tertium, num. 5.* Jodoc. in *prax. cap. 83. rub. de homicid. Jul. Clar. in dict. Assassinium, n. 1.* & ibi addent. *lit. A.* & Bajard. num. 3. in *fin.* Menoch. *d. cas. 360. num. 42.* Mascard. *d. lib. 1. concl. 138. num. 1. vers. primo amplias*, Franq. *decis. 176.* & ibi Addent. Novar. *quæst. for. 45. p. 1. & ad pragm. Neapol. tit. de assass. pragm. 1. collect. 2. num. 6.* Mastril. *ad indult. c. 29. num. 11.* Marta de *jurisdiction. part. 4. cas. 129. num. 6. & 7.* Rovit. in *prax. 1. de assass. n. 5.* Riccius *collectan. decis. 101.* Joan. Bapt. de Thoro *D. D. Laur. Matthan, de Re Crim. Pars I.*

in *compend. decis. 1. p. verb. assassinium an judicetur, & tom. 2. eod. verb. & in C. rer. jud. cas. 60. num. 33.* Ciartlin. *controver. for. tom. 1. cap. 10. n. 76.* Farin. *cons. 4. n. 6. & dict. quæst. 123. num. 38. cum segg.* Giurb. *cons. 97. num. 4.* Caball. *de homicid. num. 491.* Guazzin. *d. cap. 38. num. 42. vers.* qui latissime explicat; pulchrè & brevius Anton. Matthæus *d. tit. 5. c. 1. n. 3.* ibi: *sed quid dicemus si non pecunia conductus, sive tamen alicujus præmii, vel gratiæ inductus sit sicarius ad eadem perpetranda? Quamquam variant interpretes, crediderim tamen nisi merces certa sceleri proposita, & constituta fuerit, sive in spe, sive in corpore, sive in pecunia numerata non posse eum videri assassinum: alioqui omnes mandatarios assassinos esse. Imò licet adit incertitudo pretii, vel præmii, cum verificetur certitudo promissionis, assassinium committi dicitur.* Vincentius de Franq. *d. decis. 176. n. 10.* Novar. *d. for. quæst. 45. & d. collect. 2. num. 6. & 7.* Marta *de c. 129. num. 8.* Rovit. Riccius & Joan. Baptist. de Thoro, ubi proxime.

De jure nostro idem procedere dicendum est, nam Text. in d. l. *fin. tit. 27. part. 7.* non loquitur per verbum præteriti, vel præteriti temporis, sed futuri ibi: *por algo que les den*, & sic expressè comprehendit conventionem habita si de de pretio quod innuit Greg. Lopez *ibid. gloss. 1. ad fin.* & expressè dixit Covarruvias in *Clement. s. furiosus 2. part. in princ. n. 9.* Didacus Perez in l. 1. *tit. 13. lib. 8. ordin. gloss. 1.* Ant. Gomez *d. c. 3. num. 10.* & ibi Aillon. Don Joan. Vela *d. c. 3. n. 8. vers. jure regio* Pichard. in *manuduct. ad prax. p. 3. verb. assassinium n. 12.* Bolaños in *Cur. Philip. 3. p. 5. l. 2. n. 3.* Parlad. in *sesequicentur. differ. 117. num. fin.* Qui quidem ad assassinium requiri pretium simpliciter firmant, & pretium dicitur quidquid conventum est si ve de præteriti derit, vel fides habeatur, l. 2. ff. de *contr. empt.* juncta l. 2. ff. *locati*, & ibi communiter Doctores; cum autem in nostra specie conventio certa adfuisset de pretio certo, innegabile erat commissum fuisse assassinium.

Neque obstat quod dicebatur assassinium solum committi per illos infideles de quibus Monachus, Covarruvias, & alii superius relati: nam licet eam opinionem pluribus fundare conatus fuerit Covarr. *d. c. 20. n. 10.* quem sequitur seu transcribit Plaça *d. c. 19. n. 1.* tamen uterque fatetur communi Doctorum

- sententiam receptum esse quod Assassinium verè committitur quoties adest mandans & mandatarius: cum conventione de pretio vel premio ad occidendum. Quod & ipse Covarruvias tenuit, in d. Clement. si furiosus, 2. part. in princ.
- 19 num. 9. communi Doctorum sententiæ subscribendo, quare ab ea non est recedendum. Quod de jure nostro clarior procedit quia in d. l. fin. tit. 27. p. 3. noster Alfonsus non solum loquitur de illa gente infideli, quorum sceleratissimi, assassini vocabantur, sed de quibuscumque aliis hæc parantibus, ut patet
- 20 in Textu, ibi: *Los assassinos e los otros omnes desesperados que matan los omnes por algo que les den*. sicque quaestione de nominibus omnia, ad substantiam rei deveniendum est, nam malitia occidendi pretio, quæ ex insidiis maxima est, puniatur in hoc casu, & sic quoties ea concurrat ad impositionem pœnæ procedere debemus. Cujus rationis vis tanta est, quod negare eam non fuit ausus Petrus Plaça, in d. cap. 19. num. 2. ad fin. & num. 3. in fin. quo legem hanc obscuritatis notat, quæ licet reperiri possit quoad explicationem originis assassinorum, quoad dispositionem nequaquam reperitur.
- 21 Quæ autem sit pœna, per nostras leges facillimè percipi potest tam ex qualitate insidiarum qua comitatur Assassinium, quam ex consuetudine, de qua testatur Farin. d. g. 123. num. 2. quæ apud nos continetur, in l. 12. tit. 13. lib. 8. ordin. junct. l. 10. tit. 23. lib. 8. re-
- 22 copil. nempe quod trahatur ad caudam jumentum, in furca suspendatur, & corpus in frustra scindatur, & in viis publicis membra apponantur, & amittat medietatem bonorum: sic decium in hac specie, eo superaddito quod dextera apponeretur in loco delicti: sententia diei 30. Junii 1665. & executioni mandatum, diei 9. Julii subsequentis: actuario Francisco Gomez.
- 23 In eadem causa imputabatur Valerio Rapalo; & Bañan Segrovicensi, factum fuisse mediatorem, proxenetam, vel persuasorem hujus assassini, ficiarium querendo ad executionem. Ob quod videbatur puniendus eadem pœna, quia de jure criminis mediator crimen ipsum commisisse videtur, & mediatores 1. de testibus; in 6. ibi: *Mediatores per quos crimen simonia plerumque committitur d. l. nihil interest, ff. ad l. Cornel. de Sicar.*

melior Textus in leg. si ego 6. ff. quod vi aut clam. quo Paulus sic ait: *Si ego tibi mandavero opus novum faceres tu alii non potest videri meo jussu factum: teneberis ergo tu & ille; an ego teneat videamus? & magis est, & me qui initium ei præstitim teneri.* Docent Bartol. in d. l. non solum. § si mandato nom. 13. cum seqq. ff. de injur. & in l. si is qui pro emptore, num. 70. ff. de usucap. Bald. in l. 1. num. 7. Cod. de cad. tollend. Civ. in l. non ideò minis. n. 4. C. de accusat. Plaça; in epit. c. 15. num. 8. Bertazol. conf. crim. 465. n. 29. Guazzini. defens. 28. c. 18. num. 7. Caball. cas. 241. num. 1. Baiard. ad Clar. §. fin. g. 29. n. 6. pluribus Giurba, d. conf. 7. n. 7. cum seqq. qui num. 21. ad fin. sic decium refert. Quod & decium fuit in Regia Audientia Valentina in causa necis Baltasaris Armania de qua aliqua attrigi, 2. de regimin. cap. 8. §. 2. num. 14. nam in ea fuerant furcis suspensum mandatarii & mediator, & capite plexus mandans, qui nobilis erat. Quod de jure nostro pariter procedit, ex l. 56. styli ubi Paz. schol. 1. num. 2. cum seq. & ex l. 10. tit. 8. part. 7. ubi Gregor. Lopez, pluribus Ant. Gomez, d. c. 3. n. 43. & ibi: Ayllon. Bernard. Diaz, regul. 125. Pichardus, in §. interdum, inst. de obligat. quæ ex delict. nascuntur, & in §. non solum, inst. de injur. Azevedo, in l. 2. tit. 13. lib. 8. recopil. num. 220. & Bobadilla lib. 5. polit. c. 2. num. 52.

Sed mitius puniendum Aula decrevit, nam licet hæc vera sint, de interventione istius rei, quoad assassinium non apparebat in actis, nisi per remotas, & debiles præsumptiones: & licet in hoc crimine ob illius atrocitatem, & difficultatem probandi, indicia probabilia sufficiant ad notata per Doctores, in d. cap. 1. de homicid. in 6. de quo latè per Farin. d. quest. 123. ex num. 46. & Giurba, conf. 91. num. 1. cum seqq. adhuc evanuisse videbantur, quia in actis constabat, per eundem mandantem, necem hujus occisi attentatam fuisse per veneni propinationem, ad quod obtinendum huic reo mandaverat venenum querere, propinandum per manus cujusdam amanuentis; qui quidem reus ad necem vitandam loco adamantis crystallum tritum præbuit, ob quod incolumis evaserat tunc; & demùm animum obstinatum in mandante occidendi certens, factum uxori revelavit, quæ cum mandans præsensisset hunc reum vulneravit

vit; ex quibus deprehendebatur nunquam consensum præbuisse ad necem, licet in his voluntariè se immiscuit; & sic extra ordinem puniendum esse apparebat, quia delictum defimitur ex animo ejus quod agitur, l. qui injuria, ff. de furt. l. respiciendum, ff. de pœnis. Negul. conf. 547. num. 17. Anton. Gomez, d. cap. 3. num. 15. Giurba, conf. 14. n. 15. & conf. 16. num. 35. & semper præsumptio capienda est, quæ delictum excludit, l. merito, ff. pro socio, Giurb. conf. 37. n. 37. obvians enim delicto delinquere non dicitur. Sed quia Reus in his atrocioribus voluntariè se immiscuit, & delictio criminis facta fuit nequiter extorquendo pecuniam ab uxore sub prætextu obvians necem atque de ficiariis mentionem faciendo, non carere dolo visum fuit, & sic condemnatus ad pœnam relegatio in Præsidio Africæ per sexennium sent. die 12. Septembris ejusdem anni 1665. confirmata die 18. Octobris, Actuario eodem Francisco Gomez.

CONTROVERSIA XVI.

De minore auxilium cooperativum præstante in homicidio, & latrocinio repentine deliberato, & executo, participando pretium rerum substractarum.

SUMMARIUM.

- 1 Facti species proponitur.
- 2 Opem præstans in delicto pari pœna puniatur.
- 3 Tenens aliquem, ut alius occidat eadem pœna puniatur.
- 4 Opem præstans in delicto ex prævio tractatu, & deliberatione pari pœna puniatur.
- 5 Pluribus cooperantibus ad delictum omnes censentur principales, & auxiliares reciproci.
- 6 De jure Hispano auxiliares in ipso crimine pari pœna puniuntur.
- 7 Et principales delinquentes reputantur.
- 8 Minores in atrocioribus repentina deliberatione commisi, mitius puniendi sunt.
- 9 Minor ut pœna ordinaria puniatur, D.D. Laur. Matthæi, de Re Crim. Pars 1.

debet delictum ex atrocioribus committere ex animi destinatione.

- 10 Deliberatio repentina non potest dici destinatio.
- 11 Quando certus est occisor, auxilium præstans non tenetur pœna ordinaria, maxime si sit minor.
- 12 Auxiliator ut pœna ordinaria plecti possit, requiritur quod delictum consummatum sit, in actu quo auxilium præstitit.
- 13 Si Principalis aliis facturus fuisset, auxiliator non tenetur pœna ordinaria.
- 14 Tenens alicujus manus ita ut non possit defendere se, si occidatur iste, tenens non potest puniri pœna ordinaria.
- 15 Deciso Aula notanda.
- 16 Auctoris sententia in hoc casu.

JOANNES Chico Belga occisus repertus fuit die 18. Martii anni 1661. in agro sito inter hanc urbem & regiam nuncupatam del retro, proximo heremite Divi Blasii, pluribus vulneribus in capite illatis, instrumento contundente, vestibus spoliatus, & propè ipsius cadaver saxa sanguine madefacta, quibus ut apparebat percussus fuit. De hoc crimine imputabatur Franciscus Ramirez panniculorum lector, nostro idioma Trapero nuncupatur. Legitimis præcedentibus iudiciis, fuit quaestioni suppositus, & ad conspectum tormentorum, confessus fuit, se cum aliis tribus, qui in delictu nomina dederant, hora undecima noctis præcedentis, per agrum deambulantes, occisum dormientem invenisse; quibus visis eum occidere & bonis spoliare decreverunt: sed quia armis carebant, saxi dormientem in capite alii percusserunt, & ipse brachium occisi tenuit dum ab aliis vulnerabatur. Sic percussus & ferè exanimem bonis spoliatus reliquerunt: & postea die ad crepusculum socii redierunt, & cum adhuc viventem invenissent, eisdem saxi homicidium consummaverunt, ac demùm bonis venundatis se participasse pretium.

Qua pœna puniendus esset disceptabatur; & pœna ordinata grassatoris puniendum esse suadebant jurtum pluri-motum expressæ decisiones. Nam et si auctor hujus criminis non dicatur, ad minus præstans opem, & auxilium cooperativum